Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26007
Copyright: Admont, Benediktinerstift

unum aut non eis indiget ut custodiat unitatem.
Qua obrem sic unus ille qui gratias egit unicæ ecclesiæ significatione approbat atque laudat. Ita illi nouem qui gratias non egerunt reprobi effecti a consortio unitatis exclusi sunt. Idcoque in nouenario numero unitatem non habentes tanquam imperfecti remanebit. Et merito eos saluator quasi ignotos ubi sint inquirit. Scire enim dignatur eligere. Nescit reprobare. Non enim
uenit quaerere et dare gratiam deo. Nihil aliigenigena.
Sed in corpore quidem facile non est uidere posse hominem non habere lepram. et tamen animi esse non bonum. Sed in significatione autem huius miraculi contemplat considerantem. quomodo mundo uocari possit ingratus. Iam facile etiam illud uidetur fieri posse. ut quisque in ecclesiae societate doctrinam integram ueramque assequatur et omnia sedim catholicae fidei regula edisserat distinguat a creatore creaturam. eo quod manifestetur uarietate mundatione tanquam lepra caruisse. et tamen ingratus sit deo et domino mundatori suo. Quia elatus superbia gratiarum agendarum pia humilitate non sternit simulque efficit eis de quibus dicit apostolus. Qui cum cognouissent dominum. non ut dominum magnificauerunt aut gratias egerunt. Quod enim dicit eos dominum cognouisse. ostendit quidem a lepra fuisse mundatos. sed tamen statim accusat ingratos. Et ait illi. Surge uade. Quia fides tua te saluum fecit.
Qui deuotus ante dominum cecidit surgere et ire properauit. Quia quia infirmitatem suam superiuit cognoscens humiliter iacet. Pudium uerbi consolationem surgere ad fortiora opera. et crescentibus cor